

San Michele, die Friesenkirche in Rom.

Von Dr. H. REIMERS.

San Michele, die Friesenkirche in Rom.

Von Dr. H. Reimers.

Beifolgende Stücke erscheinen geeignet, einige kleine Ergänzungen zu dem stimmungsvollen Aufsätze Bloks über „de Friezen te Rome“ (Vr. Fries 1906 p. 1 ff.) zu bieten. In der von Urban V. am 29. Januar 1366 bewilligten Supplik wird ein offenbar kurz vorher zu Rom verstorbener Priester Petrus von St. Michael erwähnt, der zugleich Kanonikus an St. Johannis zu Utrecht gewesen ist. Wir werden in der Annahme nicht fehlgehen, dass es sich hier um einen der Geistlichen an der friesischen Nationalkirche von St. Michael handelt, welcher der Priester seinen Beinamen de „Sancto Michaelē“ verdankt. Die Tatsache, dass wir den Priester der Friesenkirche im Besitz einer Utrechter Pfründe finden, spricht zugleich dafür, dass auch in der zweiten Hälfte des 14ten Jahrhunderts die Friesenkolonie zu Rom noch unter einheimischen Geistlichen bestanden habe.

Die Behauptung ihrer nationalen Eigenart durch die alte Friesengemeinde findet eine Bestätigung aus verhältnismässig später Zeit durch die Supplik des Henricus Nyeland, welcher Martin V am 15. Januar 1431 seine Zustimmung erteilt. Aus ihr lassen sich zwei Pfarrer von San Michele, wenn auch nicht geradezu als Friesen, so doch jedenfalls als Norddeutsche nachweisen. Der im Jahre 1431 vom Papste providierte Henricus Nyeland bezeichnet sich selbst als einen aus der Diözese Bremen stammenden Geistlichen. Bei seinem unmittelbaren Vorgänger Nicolaus Willegumi kann man über die Herkunft zweifelhaft sein, dagegen weist der Name des zweiten Vorgängers Nyelands, Arnoldus de Lesmonia, wiederum deutlich

auf die Diözese Bremen hin. Wie das durch v. Hodenberg veröffentlichte sogenannte Stader Kopiar von 1420 ausweist, ist Leszmona der alte Name für das nordöstlich von Bremen gelegene Lesum. Wurden aber noch im ersten Drittel des 15ten Jahrhunderts aus der Bremer Diözese stammende Priester zu Pfarrern einer in Rom gelegenen Kirche bestellt, so lässt dies doch wohl mit Sicherheit darauf schliessen, dass die nationale Zusammensetzung der in Betracht kommenden Gemeinde eine solche Massregel wünschenswert gemacht hat. Wir werden demnach mit dem Fortbestehen wenigstens eines Restes der friesischen Kolonie, etwa bis zu der durch Eugen IV. vollzogenen Überweisung der als Ruine bezeichneten Friesenkirche an den Erzbischof von Ravenna im Jahre 1446, zu rechnen haben. Dass diese Kirche freilich schon seit längerer Zeit ihre frühere Selbständigkeit verloren hatte, beweist die andere aus dem Jahre 1431 stammende Urkunde. Wir erfahren daraus, dass die Kirche des hl. Erzengels, also die St. Michaelskirche, bereits im Jahre 1416 zu den Pertinenzien des benachbarten Hospitals San Spirito in Sassia gehörte, während sie nicht gleich den übrigen Besitztümern dieses Hospitals veräussert ist und sich somit wie es scheint noch im Jahre 1431 in dem bisherigen Abhängigkeitsverhältnis von San Spirito in Sassia befindet.

Westerbur b. Dornum, 1908.

I.

Papst Urban V. bewilligt Supplik des Petrus Jacobi um ein Kanonikat an St. Johannes zu Utrecht, vakant durch den zu Rom erfolgten Tod des Petrus de Sancto Michaele.

Avignon den 29. Januar 1366.

Vatikanisches Archiv zu Rom Reg. Suppl. 42 fol. 65^{vo}.

Supplicat Sanctitati Vestre Petrus Jacobi, presbyter Trajectensis diocesis, scholaris in jure canonico, quatenus

sibi de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Johannis Trajectensis, vacante per mortem Petri de Sancto Michaeli, qui diem suum in Romana curia clausit extremum, dignemini misericorditer providere, non obstantibus etc.
fiat B.

Datum Avinione quarto kalendas februarii anno quarto.

II.

Papst Martin V. bewilligt Supplik um Bestätigung eines Güterverkaufes des Hospitals San Spirito in Sassia zu Rom.

Rom bei St. Apostoli den 10. Januar 1431.

Reg. Suppl. 258 fol. 181.

Beatissime pater. Exponitur Sanctitati Vestre pro parte devoti vestri Baptiste magistri Franzisci de Cerreto in civitate Spoletana commorantis, quod olim videlicet anno domini millesimo quadringentesimo sextodecimo de mense maji, apostolica sede tunc pastore vacante, cum hospitale sancti Spiritus in Saxia de Urbe propter guerras et alias calamitates, quibus patria ista premebatur, vino, grano et zuccharo et aliis rebus pro sustentatione pauperum infirmorum et religiosarum personarum, que in dicto hospitali tunc degebant, indigeret et maxima huiusmodi rerum penuria torqueretur, bone memorie Lellucius, tunc dicti hospitalis preceptor et fratres eiusdem hospitalis sollempniter pluries congregati, ut dicte penurie occurreretur et necessitati dicti hospitalis subveniretur, attente considerantes, quod hospitale predictum pecunias in promptu, nec bona mobilia ex quibus pecunie refici possent, non habebat, et quod alias consuetum fuerit pro huiusmodi necessitatibus vendere bona stabilia dicti hospitalis, sepius inter eos habito tractu atque colloquio, que bona essent minus damnosa dicto hospitali si venderentur, tandem deliberaverunt, vendere et alienare omnia domus caselina, arma-

ria, griptas cum omnibus terris cultis et incultis, pratis, pratariis, vallibus, montibus, collibus, silvis, stirpariis, nemoribus, paludibus, fontibus, aquarum decursibus etc. ac generaliter omnia bona immobilia ubicunque sita, domus, ecclesie sive hospitalis sancti Spiritus, sancti Angeli, sive sancti Conradi de terra Trenii, sive sita in burgo impede Trenii sive alibi, quequidem domus sive ecclesia membrum est immediate subiectum dicti hospitalis sancti Spiritus in Saxia de dicta Urbe, et quequidem bona dictus Baptista in emphiteosim perpetuam pro se et suis filiis et heredibus usque in tertiam generationem tenebat sub annuo censu trium florenorum auri, annis singulis dicto hospitali solvendorum et facta generali subastatione in locis debitis de bonis predictis, ut venderentur plus offerenti. Tandem, servatis omnibus sollempnitatibus in talibus servari solitis, preceptor et fratres predicti omnia bona prefata vendiderunt tradiderunt et concesserunt libere dicto Baptiste pro pretio quingentorum ducatorum auri, cum nullus requiretur, qui plus offerret. Sicque preceptor et fratres ipsi de dictis quingentis ducatis, quos idem Baptista solvit in promptis pecuniis, occurrerunt necessitatibus hospitalis predicti ac pecunias ipsas converterunt in evidentem necessitatem nedum utilitatem hospitalis prelibati. Ipseque Baptista predicta bona tanquam sua extunc tenuit et possedit, excepta dicta ecclesia sancti Angeli, prout tenet et possidet pacifice de presenti.

Quare pro parte dicti Baptiste Sanctitati Vestre humiliter supplicatur, quatenus instrumenta emptionis et venditionis etc. predictarum per eorum tenores necnon bona immobilia prelibata per earum qualitates, quantitates, confinia et valores habentes presentibus pro sufficienter expressis et omnia et quecunque in eis contenta et alia inde secuta rata habentes et grata, auctoritate apostolica confirmare et supplere dignemini omnes defectus, si qui forsitan intervererint in eisdem, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicti hospitalis etiam juramento etc. roboratis et aliis con-

trariis quibuscunque cum aliis non obstantiis et clausulis oportunis. Attento maxime quod successores prefati Lelucii una cum conventu dicti hospitalis venditionem predictam tanquam necessario factam etiam confirmarunt et approbaverunt.

fiat ut petitur si in evident. O.

Datum Rome apud sanctos apostolos quarto idus januarii anno quartodecimo.

III.

Papst Martin V. bewilligt Supplik des Henricus Nyeland um Provision mit der Pfarrkirche St. Michaelis zu Rom.

Rom bei St. Apostoli den 15. Januar 1431.

Reg. Suppl. 258 fol. 114.

Supplicat Sanctitati Vestre devotus vester Henricus Nyeland, clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de parochiali ecclesia sancti Michaelis in suburbio sancti Petri de Urbe ex eo quod quidam Nicolaus Willegumi presbyter dictam ecclesiam obtinens aliam ecclesiam parrochiam extitit assecutus pacifice, vacante, cuius fructus etc. octo florenorum auri de camera communi extimatione valorem annum non excedunt, sive premissis, sive per obitum quondam Arnoldi de Lesmonia, presbyteri in Romana curia defuncti, cui de dicta ecclesia sancti Michaelis auctoritate apostolica concessum erat provideri, cuius concessionis pretextu eandem ecclesiam sancti Michaelis detinuit per annum et ultra occupatam, licet literas super dicta concessionis gratia non expedit, sive alio quovismodo aut ex alterius cuiuscunque persona seu constitutione „Execrabilis“ vel per liberam resignationem alicuius in dicta curia coram notario et testibus factam vacet etc., si alias generaliter vel specialiter reservata, affecta, devoluta aut litigiosa sit, dignemini misericorditer provideri, non

obstante gratia expectativa, si quam habeat, in canzeliaria Sanctitatis Vestre exprimenda, cum ceteris non obstantiis et clausulis oportunis.

fiat ut petitur O. fiat.

Datum Rome apud sanctos apostolos decimo octavo kalendas februarii anno quartodecimo.